

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Samuel Bohl Albert Masdörp

Disputatio ... Pro Formali Eruendo Primum in explicatione Scripturae Sacrae ...

8 :

Rostochi[i]: Kilius, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn770611567>

Band (Druck) Freier  Zugang 

C LC - 1871 1-15.



1825.

RB
Receipt wider die rehni. artz
auf podagru.

Receipt. 4
1 Saffronan
2 Jasmin. Salicornia
3 Zinz und wein.
4 mit der safran, Wunder zinn vflaschen drauf
Karnas eignet sich für flaschen

DISPUTATIO OCTAVA
PRO FORMALI
ERVENDO PRIMVM
in explicatione
SCRIPTVRÆ SACRÆ

Quam

D. O. M. A.

PRÆSIDE

M. SAMUEL BOHL

Gryphenberg. Pomeran.

*In Academia Rostochiensi publico Docto-
rum examini subjicit*

ALBERTUS MASDÖRP
Lubecensis.

*Habebitur in Auditorio majori ad diem 13. Septemb.
horis pomeridianis.*



ROSTOCH J,
Literis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.
Anno M. DC. XXXVII.

DISPENSATIO OCTAVA
PRO FORMA
ERUNDI PRIMI
SCRIPTARIA SACRA

M. SAMUEL BOHE
ALBERTS MAGDORPI
Rostock
MICHAEL KIEHL
Johannes Dicke



1. D disputationem Octavam pro Formali accessum faciens, incidit soepe disputari de Trinitate, num ea vox ad literam in Scriptura Sacra occurrat. Recte hoc negatur, cum & Vox Scripturæ sit Barbara & Sanctæ lingvæ incognita. Cum autem quæritur de re, responderi solet ex concatenatione argumentorum & consequentia dictorum, & hoc fieri puto Satis commode. Si autem petatur una vox, forsan negaretur dari. Ego ergo exercitij gratia tentabo, num in formali meo versans nisi apodicticè saltim probabiliter & satis quidem probabiliter id demonstrare queam. Antequam autem hoc fiat, præsuppono vocem פָנָוּ מִן cujus fundamentum est.

2. Dico ergo vox פָנָוּ מִן informali suo significat. *Vertit faciem*, Forma hæc quadrat in omnibus Specialioribus significationibus, sive sint preparandi sive purgandi, sive evacuandi, & cūjuscunq; sunt conditionis. His ergo omisis assumo tantum vocem פָנָוּ מִן

3. Hæc exprimitur in Latina lingua per *Faciem*, sive sit *DEI* sive *hominis*, sive *cæli* sive *terre* sive facies externa sive interna, quæ omnia studio omitto, ut tantum quod intendi unice jam me conferam ad resolutionem quæstionis supra formatæ; Num in Veteri Testamento occurrat unico vocabulo expressa vox correspondens Trinitati: Ad quod respondeo. Ita me omnino sentire, & dō vocem PANIM, quæ pluralitatē personarum involvere videtur in quibusdam locis Scripturæ sacrae.

4. At primum quidem probo in genere sumi hanc vocem pro Deo vero. Immediate descendere possem ad legem Mosis, verum tentabo num ne ex Jobo aliquid erui queat, ubi Job ita dicit. *וְהַצִּינוּ לִמְשֹׁל עַתִּים רָפִית לְפָנֶם אֱהֹיה* posuit me in Proverbium populorum, cum Deo sim in *infernus*. q. d. Ami-

ti mei habent me pro extremè impio & desperato homine , qui ex
Deidecreto jam sit sepultus in inferno , de quo omnium ora sunt di-
ferta .

5. Hic omnino puto sumi vocem פָנִים pro vero Deo , ut non
immerito hujus rei Causa indagatur . Videtur ea esse haec , quia
Deus TOTUS FACIES EST , omnia enim sunt in ipsius oculis & praesentia , Probabile hoc videtur , at puto adhuc plus hic in-
volvi . Legatur enim caput 33. Exodi , ubi Dominus promittebat an-
gelum , ad expellendum populos Orientales . His auditis populus
lugebat , & insigni lucretus pretiosas vestes deponebant , quod pro-
cul omni dubio indefactum esse existimo , quia audivit hunc Angelum
creatum esse , & non id praestiturum , quod ipsi optabant . Hinc Mo-
ses alloquitur Deum , & rogat ut nominet , quem sit missurus cum
populo in Canaan . Respondeat Deus פָנִים וְלֹכֶד Facies mea ibit Ich
will selber mit ziehen . Quænam autem est facies Dei ? Respondeo re-
spectus ille personarum ut ita loquar in DEO , Nam DEUM et sic &
præcise hic sine illo respectu hic nominari probabile non est , cum
dicat Moses עַסְאֵן פָנִים חֲלִכִים אַל תַעַלְנוּ מֶלֶךְ Noli nos hinc
deducere ; nisi tua facies eat nobiscum .

6. Hunc respectum firmari autumo etiam exinde , quod Moses
dicit בְשָׁם אֱבֹהָה יְרֻחָם item נָעַרְנִי אֶגְהָפָצָה חַנְנָה id est : Dixi-
sti novite de nomine , & invenisti gratiam in oculis meis &c. ubi ego
puto , rogare Mozen , ut non angelum creatum sed alium quendam ,
cum quo Deus & spiritus ejus non potest non ire ablegat . Nam sicuti
ego textum illum explico , dico יְדֻעָתָךְ id est , EGO DILIGO TE ,
בְשָׁם propter vel in summo DEO , unde & ipse DEUS hanc repetit
infra , cum dicit . Invenisti gratiam in oculis meis , נָאַמְדֵלְךָ re IN
vel PROPTER SCHEM , i. e. Deum , à quo etiam tu de nominaris .

7. Addo his etiam ea , quæ postmodum sequuntur , Moses orat ,
ut videat gloriam Domini , Respondeat Dominus . Faciem meam yi-
dere non potes . Unde procul dubio facies & gloria hic convertun-
tur . Sed ut uis habeant , hoc manet / פָנִים hic non sumi , sicuti
supra in initio capituli sed ut puto , pro facie veri Dei , Quænam , au-
tem est facies veri Dei ? R. Istud est facies Dei in Deo quo cognosci-
tur & dignoscitur . Et est in Deo pater , filius , & Spiritus Sanctis , in
his

his ceu ex facie lego unam essentiam divinam, quae & appellatur & est
Deus æternus, incorporeus, imparibilis, immensa potentia, Sapientia,
bonitate, creator & conservator omnium rerum, visibilium &
invisibilium.

8. Hanc faciem voluit videre Moses, quod ei est denegatum,
cum nemo viventium eam videre queat. Unde nechodie eam vide-
mus; nisi ceu in speculo. Nemo enim potest scire, videre & de-
monstrare, quomodo TRIA SINT UNUM simplicissime. Unde
vanus labor est multa disputare, quomodo in natura datur TRIA
UNUM, nam nihil eorum huic unitati correspondet.

9. Et haec denominatio פָנִים quæ Deum notat, forsan fuit
etiam cognita majoribus nostris, quamvis, quando Scriptura inci-
piebat vilescere, & deliria stultorum sapientum introduci, venerit in
desvetudinem. Colligo id quamvis obscura haec sint, ex eo quod
adhibuerint in isto mysterio modos subsistendi, id puto, sive autem
erem sive non, parum interest, desumptum fuit ex Rabbinis vetu-
tissimis, qui פָנִים vocaverunt Deum, unde adhuc hodie apud Ra-
binos פָנִים significat, modos.

10. Hac ratione, ut applicem dico, modus seu facies patris est
generare, filii generari, Spiritus Sancti procedere. Sed haec valeant,
nec enim de his disporto ex professo magis, quam ut demonstrem
פָנִים notare Deum & investigem simul causam.

11. Cum autem jam ascenderim ad contemplationem nomi-
nis Divini פָנִים placet etiam assumere aliud nomen, quod est שׁוֹר
OMNIPOTENS, agam ergo etiam panica quædam de hac omni-
potentia. Ita tamen ut præfigam radicem שׁוֹר.

12. Hujus formale consistit in **Facere ut sibi cedant omnia**. Le-
gatur Ezechiel Propheta in propositione contra Mizraim, ubi dicte
שׁוֹר וְאֶתְנָהָרָן כִּרְזֵי & facient sibi cedere fastum Ægypti.
Progrediendum est, quare, simpliciter dico omnes materiales signi-
ficationes sub hac formalis continentur, cuiuscunq; etiam sint ordi-
nis & conditionis, sicut id in discursu publico demonstrabo.

13. Jam placet vox שׁוֹר quam dico ab hac radice descendere,
& dicitur DEUS propriissime שׁוֹר quia ipsius potentiae cedunt
omnia. Unde cum dicitur in lege Mosis benedicturus, solet vocari

¶ Ut indicetur potentia illud praestandi, quod promittit. Unde ibidem dicit, Deus יְהוָה omnipotens dabit misericordiam vobis in oculis &c. ut notaret Deo cedere omnia mala, ut ira, odium, potentia hostis.

14. Et pulchra est oppositionis ratio, quando Deus ad Mosen dicit in allegatione ad Regem Egypti. Apparui Abrahamo, Isaaco & Jacobo, ut Deus יְהוָה verum nomen meum Jhovah, non manifestavi eis, quasi diceret. Hoc experti sunt patres vestri, quod ego sum יְהוָה / cui omnia cedunt, verum hoc nondum viderunt, quod non sim, qui, quae potest, re ipsa praefat, nam educationem ex Egypto non verunt in me ceu יְהוָה sed non ceu יְהוָה.

15. Horum nominum etiam specimen videmus in lege. Dicebat Dominus ad Mosen. Quid est quod habes in manu, Respondebat Moses, Baculus. Regerit Jhovah, Projice illum in terram, obsecquitur Moses, & ecce Baculus siebat serpens. Ecce יְהוָה faciebat, ut cederet serpenti baculus, iterum ut baculo serpens, & hoc ut יְהוָה. Quo ipso juxta sententiam meam allusit ad opus suum, quod conceperat in Egypto. Baculus Dei erat, quo affligebantur in Egypto Israelita, degenerabat autem in serpentem quando nimis aggravabat onus Rex crudelis. Iterum convertebatur serpens in baculum, quando Deus educebat, & baculum convertebat in Egyptios & Pharaonem, sicuti semper signa illa plus inferebant, quam nos ab extra putamus.

16. Sicuti autem antehac multum disputatum fuit de Potentia divina, num possit peccare, & num, si haec non possit, queat dici omnipotens, ubi recte forsitan responsum fuit per viam abnegationis sui ipsius. Nam Deum esse & peccare posse sunt opposita. Ita cum ad hanc vocem perveni, putavi etiam aliqualiter ad eam questionem responderi posse. Nam si omnipotentiam sumo, sicuti in Veteri Testamento describitur, nihil aliud importat, quam, quod omnia ei cedere debeant, & revera cedant, aliquid, ut fiat nihil, nihil, ut fiat aliquid, ratione habitudinis obedientialis omnium creaturarum tam visibilium quam invisibilium, relata ad Deum omnipotentem.

17. Descendit etiam ab hoc voce instrumentum Musicum teante id Buxtorfio in Concordantia. Sive autem significer instrumentum

tum Mucum, sive pulchras & honoratas in Ecclesiaste, in hoc dispu-
tandi genere parum interest. Cum pulcritudo ita conveniat cum
forma, ut cedant reliqua, ut Germani dicunt, daß weicht jenem i. e.
das ist schöner denn jenes ist. Sic etiam de instrumento Musico,
quod suo decore reliqua vincit, & cedere facit.

18. Incidit etiam, quod in libro Danielis Deus vocetur קְדוֹם־אֱמִינָה antiquus dierum. Quamvis quidem liber ille maximam
partem Caldaicu[m] formas meas non concernere videatur, utpote
qui in dandis Hebraicis formis sim tantum occupatus, assumam
voce[m] hanc, ita tamen, ut ex Hebraico & quatenus ex eo fonte
queat decidi proponatur.

19. Radix ergo קְדוֹם Hebræorum in formalis suo significat
firmitatem & durabilitatem, Sicuti Scriptum est in Propheta Esaia
¶ לְאַכֵּל לְשָׁבָע וּלְמִסְרָה ut ubi forma hæc expresse conser-
natur.

Cum ergo in Daniele dicitur Caldaicè קְדוֹם antiquus
dierum, vult innuere Spiritus Sanctus firmitatem & constantiam
quæ constantia in DEO solo resideret, & includit non creatum esse,
si summam & perfectissimam significationem quod in Deo fieri
debet assumam. Nam duratio, ut hic purificata ab omnibus imper-
fectionibus mihi sumitur, omnino debet includere æternitatem ab
ante & à post. Unde cum in hoc genere versor, simul sumo vocem
DIERUM, quæ plane ex suo formalis imperfectionem non impor-
tantur. Nam בְּנֵי proprio Deo competit. Et dico ego Antiquus die-
rum idem est, quod FIRMUS ET STABILIS IN SUO ESSE;
Si autem opponas, hic non dici de בְּנֵי sed id est diebus
& non de die, scito illud fieri juxta nostrum concipiendi modum,
sicuti alibi mille anni dies unus sunt, sine contradictione. Dies enim
est respectu DEI, mille anni respectu modi concipiendi. Unde
recte dicitur, Firmus & stabilis est in primo millenario, talis manet in
secundo, talis in tertio &c. quamvis Deo nec millenarius nec cen-
tenarius competat. Sic semper loquendum est de DEO, ut ra-
tio habeatur puritatis lingua & modi concipiendi. Unde cum
dicitur in Psalmo secundo: Filius meus es tu, ego hodie genui te,
non recurrere debeo simpliciter ad regulam concionatoriam, ho-
die

Die id est ab æterno, quia in Deo non differt præsens à Futuro & præterito, quamvis res ipsa vera sit. Nam hodie nunquam in Scriptura Sacra ita sumitur, sed tuitus est dicere in DIE DEI, i.e. meo regeneravi. Quis est ille dies? Æternitas, vel si sine distinctionibus nihil credere velis, dico. Hodie id est: Hoc die quo tu hæc legis genui te, Nam actus generationis, si actus dici debeat est perpetuus, & consistit perpetuo. Unde hoc ipso die & hora & momento, quando ego hæc scribo generatus filius Dei, nam nisi ita generaretur, ut perpetuo remaneret in essentia patris coessentialis & coæternus dicit non posset, sicut id alibi publicè demonstravi, præsertim in Explicatione vocis לֵבignere. Ergo dies qua talis non involvit imbecillitatem, quamvis illi, qui ad proportionem improprie di-ctam dicuntur DIE Si d omnino faciunt.

Hinc devolvor ad alias meditationes, ut statuam vocem æterni vix melius exprimi posse, quam per Antiquum dierum. Et ut obiter hæc inseram jucundum est hinc colligere, quod vere antiquum & stabile reciprocantur, Unde adagium Antiquissimum quod g̃ verissimum est.

20. Sub hac autem forma multa latent, cujuscunq; autem sunt conditionis, ego reducam omnia. Scio quod significet consenuit, abolitioni fuit, optime ad formam omnia. Dicam convenientiam eam publice, & ex similibus modis applicandi etiam ex reliquis linguis desumptam declarabo. Significat etiam transiit ex loco in locum, Omnia salva sunt, nec ulla laborant difficultate, prævisa enim minus nocent. Forma data optima est.

21. Non dum placet digredi ex nominibus divinis, quare assumo etiam vocem Adonai, Hujus formale, queritur in tribus literis יְהוָה & dico esse formam in Fundamento & sustentaculo, Unde in lege Mosis, aliquoties pro basi & fundamento sumitur, quorum locorum allegationem studio prætero, cum nimis clara sint...

22. Hinc surgit nomen יְהוָה Domini, & vocatur ita, quia instar basis sustentat & regit suos subditos. Est autem hoc communis & Deo & hominibus, unde arca foederis dicitur arca יְהוָה Domini omnis terræ. De hominibus usurpatur in Psalmis. Posuit ipsum Dominum יְהוָה domus suæ, explicatur, quid sit, cum addit וְרוּdomina-

Dominatorem, nam Dominari, est hic basin esse rei. Unde in Genesi de eodem Josepho dicitur, quod sit **פָּנִים** totius Aegypti, quia erat totius terræ istius Dominus, sed hæc clara sunt.

23. Propono ergo vocem **אֶלְנִי**, vox propria D E I est. & cum hominibus non communicatur. Et habet puncta essentia-
lia eadem cum voce **הַלְנִי**. Quod ideo non allego, quasi ex identi-
tate punctorum majestatem nominis divini præsumam, sed
tantum, ut per accidens sicuti nos concipimus, esse identitatem
punctorum in duobus nominibus Deo tantum competentibus
notem, nam alias hæc forma etiam usitata est in Scriptura Sacra,
ut peritis in codice L. notum est.

24. Dicitur autem Deus noster **אֵלֹנִים** Formaliter ideo, quia
est basis & fundamentum omnium rerum cœli & terræ, ut su-
pra est monstratum. Ad hanc formam videtur allusisse David,
quando in Psalmo centesimo decimo dicit **אֶלְנִי** à dextris tuis
transfixit in die iræ suæ Reges. Der H e x d der zu deiner Rech-
ten sitzt/ der wird zerschmeissen / vmbbringen / verwunden vnd töd-
ten die Könige in seinem Born / q. d. Ille qui tibi , æternus Deus.
Sedet ad dexteram, cum sit fundamentum & basis totius hujus
operis magni, ille inquam reges occidet. Quod intelligendum
de Regibus mundanis, quatenus illi coram hoc Adonai sunt Re-
ges non Reges ut & de regibus infernalibus, ad quos allusit
vel proprio nominavit Spiritus Sanctus, cum in subsequenti ver-
su dicit, *Transfixit caput intera multorum*, i. e. Er hat dem Für-
sten vnd Herrn der Welt die Macht genommen / ut ipse solus esset
Dux Princeps, & fundamentum omnium.

25. Aliud adhuc nomen est divinum, quo vocatur & est **לְנִי**,
hujus Formale consistit in Robore, unde literæ radicales **לְנִי** ex-
preße notant fortitudinem, non tantum divinam sed etiam hu-
manam. Hinc dicit David, tu es robur meum. Et Laban ad Ja-
cobum **יְשָׁלָלְנִי** manus mea est fortis q.d Ich bin stark gnug
dir Moses zu thun.

26. At cum nimis hæc sunt clara, omittam ea, & nomen divi-
num assumo, quod est **לְנִי**, vocatur autem ita Deus, qui est ro-
butissi-

bustissimus. Et iuxta cōcēpiendī modūm, videtur אל esse fundamen-
tum שׁ, sicuti Scriptum est in lrge. Ego sum אל שָׁרֵךְ Fortis. Omnipotens der Allmächtige starcker; id est, der Allmächtige Gott.

27. Conjugi solet etiam cum עִזּוֹת, sicuti de Abraham legimus, quod plantaverit arborem in Beersabah, & invocaverit, ibidem nomen אל-עוֹלָם æterni, i.e. des Ewigen Starcken/ alibi אל עַלְוָן Deus excelsus i.e. der Höchste Starcke. Et alia satis multa epitheta cum hac voce copulata legimus.

28. Num sit substantivum vel adjectivum, non metangit, eum ego in significatione formalī jam sim occupatus. Uni cum antequam hinc discedam movebo. Solet earpi Divus Lutherus, quod Esaiæ verba ita reddiderit. Er heist Wunderbar / Nach / Kraft / Held / ubi dicunt, pro Kraft / Held / esse ponendum ein starcker Gott. Solent quod Schindlerus facit adducere accentuationem, sic enim Schindlerus accentus judicat coherētiam, & גָּבָר adjective usurpatur. Miserebat me hujus effationem Schindleriani, sed edentis. Schindlerus hæc melius intellexit. Sudlers last Luther zufrieden / wo jhrs nicht besser können. Ad Grammaticam. Non enim Munach accentus conjungit ita, ut nomina non disjungatur, legite Danielem Prophetam, ita ibidem Scriptum est. Et dicebat Daniel ad Melzar, quem præfecerat Princeps Eu-nuchorum Danieli Chanania Misaël & Azania. Hic Danieli & Chanania copulantur per Munach & Zakephkaton, hinc cine solligas, Daniel est Chanania. Qui non medijs interpretationis est instructus raeat, & Lutherum tam diu in versione sequatur, quamdiu cum ratione non videt melius quid. Alia via hæc probatio contra Lutherum fuisset aggredienda, videlicet ex capite decimo Esaiæ v. 20, Residuum vel paucum convertetur, residuum inquam ad אל גָּבָר i.e. ad Deum fortē. Sed hæc transeant.

29. Ut chartam & tempus redimam, reliquias significatiōnes prætereo, simpliciter dicens, omnes in universum sub hac forma contineri.

30. Attribui etiam solent Deo in Scriptura anni, videndum est, quomodo & hæc quadrent Assumo ergo radicem נֶשֶׁנָּה cuius

ius formale dico esse. Iteratio fuit sub has iteratione multa latent, quæ juxta concipiendi modum recte intelligi possunt. Nam quamvis iteratio in purissima significacione verbali vix inventatur in Scriptura Sacra, tamen deducimur per eam ad satie aptam explicationem. In libris Regum legimus de Elia, quod dixerit **¶¶** iterate hoc. Ergo iterationis significatio ut formalis in Scriptura Sacra occurrit. Hæc iteratio consideratur vel in Deo vel in creaturis. In Deo nihil aliud est, quam perpetua continuatio suæ essentia, quæ semper est & manet eadem, quo pacto ego vocabulum illud sumo. In creaturis, importat etiam mutationem, sicuti id etiam ita in codice Sacro explicatur. Unde cum contemplamur vocem **¶¶** quatenus significat annum, eadem ratione est accipienda. Nam in creaturis annus tempus est, quod mutat aliquid in homine, sed ita tamen ut iteratio formalis nostrum simul includatur, nam respectu formalitatis suæ perfectionis est, ratione materiae imperfectionis. Hoc explicabit nobis etiam Spiritus Sanctus in Psalmo quodam, quando de Christo ut vero & æterno Deo dicit. Tu principio terram fundas, & opus manuum tuarum cœli sunt. Illi peribunt tu autem permanebis omnes cœli vestimentum veterascent, nam cœli indumentum mutabile ipsos ut mutantur. Verum Tu es HUH. i. IDEM, & annitui non finem habent. ANNITHI. i. id quo perpetuo & quasi iterato manes, manet id quod est. Unde è contra de hominibus dicto anni nostri sunt umbra, quia non perpetuo manent. Hinc distinguunt etiam Job inter annos Dei & annos viri.

31. Quando hæc de ANNIS DEI Scribo, nolo tollere anthropathian, juxta cuius amissim hic dicendum est, In Deo non dantur anni propriæ, sed attribuuntur ei per ~~æternum non finitum~~. Nam omnia bene sonant, & melius, si adhuc unum Græcum Vocabulum talis desinentia per $\alpha\gamma\sigma\tau\eta$ & $\theta\epsilon\sigma\tau\eta$ adderetur. Modo enim distinctiones Rhytmice proponantur, etiamsi non valeant, tandem bonæ sunt. Sed ut tenterem, numne sub forma iterationis à me supra descriptæ queant omnia salvare, præmonens, ne illi hæc atripiant, qui fundamenta solida lingvæ non jecerunt, sed permaneant in anthropopathia.

Q. 3

32. Re-

32. Reliqua quæ hinc descendunt vocabula optime cum
Iterandi forma convenient, qualis est נָשִׁי in Esaiæ, filium iterato
tinctum, quo notantur simul peccata iterata. Vox duo iteratio-
nem includit, sub qua speciale aliquid fuisse notandum, nisi præ-
vidisse, ab ijs qui me non audiant, forsat illa in aliam partem
accipi posse.

33. Hucusq; occasionaliter quædam dixi de Deinominibus,
& quæ ei attribuuntur. Alibi plura proponam. Jam luber etiam
de Christo aliquid ex veteri Testamento in medium proferte. Et
in primis dicitur ille quandoq; נֶאֱלֹה angelus, scuti Malachias
id docet. Et Angelus fœderis, quem desiderasti &c.

34. Hujus Occasione quæritur de forma vocis. Respondeo,
sita ea est in missione & ne cum נְלֵש confundi videatur, addo
ad opus. Nam omnino in hoc disputandi genere præcaveri de-
bet, ne forms una & eadem in diversis radicibus occurrat, unde
hoc mittere importat simus opus præcise & ex forma sua, non
autem ita proprie נְלֵב, de quo alibi.

35. Præcipuum autem vocabulum sub hac forma contentum
est ANGELLUS. Hæc vox indifferens est ad Angelum increatum,
& angelum creatum, de creatis Angelis nihil propono, tantum de
increato, sicuti legimus de eo, de quo dicit: Ego mitto angelum ante
faciem tuam, ad custodiendum te in via, & adducendum te, ad locum,
quem preparavi ego. Curoto à facie & ejus &c. nam NOMEN MEUM
est in medio ejus. Postmodum hunc angelum vocat נֶאֱלֹה. An-
gelum meum. De hoc eodem Angelo dicit Esaias, quod sit Angelus
פָּנָת faciei Dei.

36. Ex quo sequitur, quod hic talis sit Angelus, per quem Deus
semper operatus sit. Quiamvis enim Cabala Judaica hunc Angelum
esse Michaelēm doceat, nám נֶאֱלֹה de quo modo dixi, habet eas-
dem literas quas מִיכָּאֵל Michael, tamen ea negantem non con-
stringunt, etiam si & Michael nomen Deo non sit indignum.

37. Fundamentum autem meum, ex quo puto hoc demonstra-
ri post hoc est. Dicitur Angelus faciei, sed apodixit quærens dicit
esse eum angelum, qui perpetuo adstat faciei Dei; Bene. Quis au-
tem iste esse potest, præter filium? Omnis angelus qui videt faciem

Dei.

Dei. At illi nullibi dicuntur Angelii faciei, ergo plus involvitur in voce Angelus faciei, præsertum si conferatur, quod in initio hujus disputationis dixi. 2. Quia in hoc Angelo fuit nomen aut excellētia Dei à cuius facie timere debebant Judæi, cuius vocem debebant audire Israelitæ, quibus addatur alius locus, quod non propitiū sit futurus transgressionibus &c. 3. Confero locum, quem præmanibus habeo, cum loco alio legis, ubi populus audiens agi de mittendo Angelo luget. Ergo angelus in cap. 23. erat alius ab hoc qui describitur in cap. 33. Dices alium esse constat, sed num increatus fuerit; Resp. alium esse & increatum conspicitur ex attributis, ex consensu populi, qui scivit, hoc angelo eunte non posse simul etiam non ire Dominum, illo vero in cap. 33. Posse ire, adeo ut Dominus non simul eat. Ergo illo, quo sine nec Deus it nec sine DEO ille, est ipse DEUS. Novum Testamentum non allegabo, sed tantum dico, conferendum esse locum legis, ubi dicitur *Facies* mea ibit, cum loco Esaiæ Angelus faciei.

38. Hic angelus perpetuo denominatur à forma sua, & imperfectionem ex formalī ratione non includit. Et ut dixi competit filio quia per ipsum facta sunt omnia. Unde Dicitur Angelus fœderis. Quem locum Malachianum indecēt explicant quidam Judæi de Elia, quia ipse Zelatus est propter fœdus factum irritum, quod putant esse circumcisionis; Unde teste Rabbi David Kimchi paratur sella Eliæ, in qua in actu circumcisionis sedere putatur. Idem testatur liber Germanicus literis Hebraicis Venetiis incusus, qui de duabus sellis agit &c. Refutantur inter alia etiam ex hoc quia unus & idem, est cuius adventus diem &c. qui filios levi &c.

39. Reliqua descendētia cū forma optime quadrant, nec ullis rem ipsam involvunt difficultatibus.

40. Filius autem cum dicatur Christus, placet etiam vox **פָשִׁיר** cuius formale est eruendum. Dicō ergo, formale est *delineavit*. Hæc forma expresse describitur, ut & nomen exinde formatum ejusdem significationis. Materialium significatio aliqua est unxit, quod & de Regibus & sacerdotibus, usurpatur in Veteri Testamento. Superior autem adhuc significatio est determinavit *destinavit*, cuius

Significationis veritatem scriptura etiam demonstrat. Sicuti legimus de Nimsi, quodd estinaverit ipsum Dominus ad excindendum domum Achabi. Ita legimus alibi, quod Elias נבּוּdestinaverit Elisam in Prophetam.

41. Omitto hic multa quae dici possent, ut tantum de summo Messia loquat, cuius typi fuerunt Sacerdotes & Reges in Veteri Testamento. Unde expresse vocatur David *Mefias Dei Jacob*. Vocatur autem ita Christus, quia destinatus ad opus redemptionis humanae, & unctus est oleo laetitiae praे consortibus, sicuti Scriptum est in Psalmis. Propterea unxit te DEUS tuus.

42. Hic obiter noto contra Judæos, Psalmum illum in quo hæc leguntur non loqui de Salomone, sed de Christo. Quod enim dicitur de Salomone, quod sederit in solio Jhovah, verissimum & negari non debet, cum Scriptura id affirmet. Verum hinc concludere non licet, ergo in Psalmo quadragesimo quinto agitur de Salomone, ita ut dicam. Solium tuum Dei est solium, nam res ipsa, quamvis non negetur, constructionis tamen major debet haberi ratio. Antequam autem eam hic proponam, lubet regulam formare, cum sciam contra eam valde peccari; **N U L L U S N U L L U S O M N I N O E S T S E N S U S S C R I P T U R A E S A C R A E, Q U I N O N S I M U L S I T P U R E G R A M M A T I C U S R E S P E C T U C O N S T R U C T I O N I S V E R A E.** Et optarem, urgeri me contrariis exemplis. Nolite enim Studiosi Rostochiensis credere, quod vel unusversus in Scriptura Sacra sit, qui non subjaceat Grammaticæ & vera constructioni. Stultus est sensus qui non rectam habet constructionem. Spiritus Sanctus non barbarus est. Quæ ideo occasionaliter scribere volui, ut tolleretur effigium illud multorum, qui cum ad rem res pondere nequeunt, dicunt, hoc est analogia fidei, quamvis Scriptura in constructione sua id non inferat, nam non ex Grammatica sed ex Theologia est respondendum. Quasi vero vel unicus locus Theologicus sit qui non simul audiat Grammaticus. Ad rem, **כָּסָא רַבְּעֵת שְׁלֹמֹן וְעֵד אֱלֹהִים** ò Deus perpetuum est.

Hæc me docet Grammatica. Jam venite Judæi, & si ex vestro Kynchio Communi nostro Preceptore melius sitis instructi, date locum,

Iocum, ubi inpositi tria substantia, quorum prius est substantia, reliqua accidentis, pro tribus adjectivis veniant, ut abstracta pro concretis. Hoe enim melius Sonare vel Rusticus Judaeus accidit; O Deus, Solium tuum est æternitas & perpetuitas id est, æternum & perpetuum. Nam rectius dicitur in abstracto de DEO quam in concreto, totum illud, quod perfectionem inducit.

43. Notandum etiam est vocem UNCTI venire pro *insigni* ex sententia Rabbinorum, dabo hoc in hoc disputandi genere, nam formæ nihil derogatur. Insigne enim est, quod destinatum est talibus documentis & rebus, quæ insignire valent.

44. Hic Messias de quo modo dixi vocatur in Psalmo secundo בֶּן filius. Hujus formale dico esse in seligendo.

45. Radix eum בָּרָה hoc pro formaliter obtinet, sicuti in libro Samuelis Scriptum est. Materialiter significat elegit cibum. Portio terræ sub hac forma etiam commode latet, nam ut exemplum sumam ex Genesi ubi pariebat Rahel erat electa portio certi campi. Sicuti hodie dicerem auff der Rostocker Feldschenyde/ quæ est electa pars ad urbem nostram pertinens.

46. Praecipua autem vox, quæ hinc descendit est *Filius*, quæ vox denominationem suam habet ab eligendo. Unde Divus Lutherus de versione super versum 31 Proverb. Salom. Ah mein Auferwehler / ubi in fonte בֶּן, quo respexit ad formam, cum autem repetitur, respexit ad materiam, unde ita vertit, Ah du Sohn meines Leibes. Sic in Psalmo de quo dixi Secundo. Oseculamini filium je electum ipsum, qui jam satis superque descriptus est, quod sit Rex Regum, qui omnium Regum dissipaturus. Regis nomen scribi soli vendicare de jure potest. Imo quæ ut audivisti constitutus est Rex super Zion montem Sanctitatis meæ &c. At hanc formam respixisse etiam autumno Deum in Batisfmo, eum dicit, hic est filius meus dilectus in quo complacui, ubi Syriaca lingua, qua procul dubio usus fuit Deus, ut omnes intelligere possent, itidem habet vocem בֶּן q. d. Hunc elegi, ut solus audiretur.

47. Descendit hinc etiam vox בְּרִית fœdus notaris, forma quadrat, nam qui fœdus pangunt, eligunt ex utraq; parte quid de quo
& in

& in quo convenient. De quo, quam multa dici queant, ipsa collatio Scripturæ docet.

48. Placet etiam pro Conclusione assumere faciles quasdam radices יהוָה signum, cujus, formale est in signando. Sicut legimus de circum cisione, quod fuerit signum foederis, & non foedus ipsum proprio loquendo. Ex quo colligitur. Rationem foederis aliud quid tunc temporis informalis suo involuisse, atq; videtur.


49. Alia radix עַד tantum semel in Scriptura, & quidem in Iob occurrit, & teste authore titulorum in Concordantiis Rabbi Mardoch. כְּרִיחֹת בְּפָרוֹש id est, excindendi. Quod tamen non ita accipi debet, quasi una forma in duabus vocibus occurreret, sed quod videatur tantum occurrere, distinctionis autem rationem superpeditat ratio materialium. Quod rudi exemplo ex lingua Latina explanare possum. In ea enim dicere possum, rudera ædificiorum, verum non rudera aquæ vel cibi Alias enim si externa significata respicere velis, convenienter in reliquiis.

50. Vox פִּי, clamavit, significat, unde in Genesi usurpatur de rumore, cum Deus dicit. Clamor Sodom & Gomorrhæ pervenit ad me. Hic clamor dicitur pervenire ad Deum gravitate mali. Unde enim formale hujus radicis dare volo, omnino assumere debet, hanc quam adscribo, nempe *Signo aliquid indicare*. Signum aliud est apertum, aliud occultum. Sic recte dicitur gemens clamare ad Deum, quia signo declarat suum miseriam. E contra in Ninive aperto signo indicebatur dies publici jejunij.

51. Cum hoc פִּי convenire videtur, etiam פִּעַל, in quo sane rursus est convenientia, verum quomodo & haec distingvantur, dicem in disputatione alia, ubi ex professo פִּיעַל cum פִּי conferam.

52. Jam tandem concludo hanc Disputationem voce אֱלֹהִים, quam me recte, cum de aliis nominibus divinis egerim etiam hic noto. Dico de hac primum, Non est nomen essentiae sed formale ejus consistit in *judicando*, unde Targū etiam quandoq; vocem אֱלֹהִים explicat. Hinc etiam judices dicuntur / de quibus dicitur, quod eis non sit maledicendum.

Plura in subsequentibus.



nveniant. De quo, quam multa dici queant, ipsa colliræ docet.

cet etiam pro Conclusione assumere faciles quasdam
& signum, cujns, formale est in signando. Sicut legi-
um cisione, quod fuerit signum foederis, & non foedus
rie loquendo. Ex quo colligitur. Rationem foederis
inc temporis informalis suo involuisse, atq; videtur.

radix עַד tantum semper in Scriptura, & quidem in Jo-
& teste authore tipis in Concordantiis Rabbi
פּוֹרֶשׁ כְּרִתוֹן id 6 2 5 Quod tamen non ita

, quasi una forma
ur tantum occurreret, sed
materialium.

materialium sum. In ea en-

dera aquæ
conveni

5

cum D 40 69 300
Hic 500

um
699
ARTBLE
digitalfoto-train

... hoc quo sane

convenientia, mutatione glie, in quo lane
ingvantur,

conferam.
voce אֶל-

o, cum de aliis nominibus alii etiam hic noscimus. Non est nomen eius.

ac primum, Non eit nomen eilei... sed formale ejus
udicando, unde Targū etiam quandoq; vocem אלְהוּם

אלהים / de qui-
cuditur - quod ei non sit male dicendum.

is dicitur, quod eis non sit maledicendum.
Plura in subsequentibus.

Plura in subsequentibus.